

Cogente abstulerit nullo, bellumq; putarit  
 Non rastos inter raso procedere calva.  
 Certe precipuos fidei primosq; Magistros  
 Sic rastos nemo vidit, nec re super ista,  
 Mandarunt qvicquam: tam caca hæc tamqve pudenda.  
 Finxerunt ipsi longo post tempore segnes,  
 Ociaq; hoc peperere nefas, ut cætera, nobis.  
 At miror, cur non pudeat, nudare quod ausint  
 Coram plebe caput, sed adhuc Mystera magna  
 Significare ferant, natura remq; suapte  
 Turpem persuadere suis conentur honestam.  
 Se nempe esse ferunt Reges, istudq; notari  
 Vertice sic raso. Quid non nugentur inepti,  
 Hæc proferre palam, qui non absurda verentur?

## QVÆSTIO III.

Qualibus uti licitum Capillamentis ?

## I.

**Q**væstio hæc ita accipienda est, ne Qvalitatis vox  
 nimium, juxta rigorem Logicum, contrahatur.  
 Nobis enim animus est, hac occasione quadrupli-  
 cem instituere considerationem, (1) De Lon-  
 gitudine, (2) De Ornamentis adjectitiis, (3) De  
 Colore, (4) De Crispatione Capillorum, & quæ in Capil-  
 lorum locum succedunt, Capillamentorum. Ut a longi-  
 tudine incipiamus, constat, anxie haud ita pridem quæsi-  
 tum a nonnullis, quo capilli dimitti debeant, utrum ad  
 medietates aurium, an ad cranium, an ad scapulas & cer-  
 vicem; quo de pluribus in ipsa mox Antithesi. Nos com-  
 pendio ut mentem exponamus, ita censemus; nec posse  
 eundem protrahendi crines terminum præscribi omnibus,  
 propter diversam circumstantiarum rationem, nec opus es-